Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



aurea · quae sacris litteris dī nom̄ habet inscriptum.
Haec quidem de secundo uelamine et coronis pontificū
aureis scriptura scā tacere uidetur. Coronarū uero
breuiter fec̄ insequentib; mentionem dicens. Fecer̄
et tunicas opere textili aaron et filiis eius et mitras
cū coronulis suis ex bṙsso. Sed de qua materia factę
ēent non dix̄. Cum enim dicat et mitras cū coronu
lis suis ex bṙsso. poterat intellegi utrasq; ex bṙsso
factas ēē. sinon iosephus coronas ēē aureas designa
ret. qui stante adhuc templo et legali obseruantia
celebrata. cū eēt de genere sacerdotali facillime
potuit modum omnem sacerdotalis indum̄ti non t̄m
legendo sed et uidendo cognoscere. Uerum siue
bṙssinae seu fuerint aureae coronulae. cū constet
eas factas ēē. cū mitris. Dicamus breuit̄ de figura
mitras cū coronulis habent sacerdotes ex bṙsso. qui
sic auditū uisū. gustum olfactū et tactum suum
in uenustate castimoniae custodiunt. ut p eadem
custodia se coronā uitae quā repromisit ds̄ dili
gentibus se accipere serent. Nam qui sic conti
nentiae uel bonis operib; studet ut p his aeterna
p̄miarū retributionis quaerere neglegat. mitrā
quidem bṙssinā habere uidetur in capite. sed
coronulas n̄ habet. quia uidelicet imaginem